

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Prelacio cn  
cum uariis

Statim ut ambiciosus promotus est ad honorem, in superbiam extollitur, et in iactanciam effrenatur. Non curat prodesse sed gloriatur preesse; presumit se meliorem quia cernit se superiorem; ad bonum facit non gradus sed uirtus, non dignitas sed honestas. Piores dedignatur amicos, notos ignorat hesternos, comites contempnit antiquos, uultum auertit, ceruicem erigit, fastum ostendit, grandia loquitur, sublimia meditatur, subesse non pacitur, preesse molitur, preceps non audax, gloriosus et arrogans, grauis et importunus.

Innocencius in libro de uilitate condicionis humane.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

ad] at P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; dedignatur] dedignantur B M; contempnit] hesternos *add.* C; non] et P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; in libro *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>